



§. I.

Succedit memorie, me, cum primas Wittebergae de Angelis explicare in Præsidis Partes, §. 6. Angelicarum operationum mentionem injecisse; Quoniam vero, tum ob exuberantiam chartarum declinandum, legibus Amplissimæ Facultatis

Philosophicæ cautam, tum ob privata quædam mea que concernentia, inceptam telam ad umbilicum deducere non potui, eam, ob non omnino spernandam materiæ dignitatem, sub incudem h̄ic loci vocare, nullus omnino dubitavi.

§. 2. Satis satisque Angelorum existentiâ in priori Disputatione demonstratâ, cave opinoris nobilissimos hosce Spiritus instar gliris torpere aut otio vacunæ desidiaque litare, negativam enim sententiā tum ex S. Scriptura, (quæ verè Mare est, atque non adeò facile enavigatur, not. post B. Gerhard. in Meth. stud. Theol. pag. 146. B. Finck. in præfat. cent. 4. canon.) tum ex luminis naturalis evidentiā tibi quisquis es B. L. nullo negotio demonstrarem, nisi in præsens tanquam ἀναμφίδοξον & utrinque cognitum exploratumque supponeretur.

§. 3. Quatuor alias, quas pro activitate Spirituali intelligentiæ edunt operationes, Nostrates Philosophi cum Scholasticis numerare suescunt, primam intellectionem, alteram volitionem, tertiam locutionem, ultimam corporum assumptionem dicunt, suntque in eo soli